



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 90119185**

§. 102. Cleri Gallicani epistola ad Alexandrum VII. Papam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](#)

Sæc. XVII. stini. Non deerant tamen Jansenitis  
A.C. 1656. consueta sua effugia.

## § CH.

*Cleri Gallicani epistola ad Alexandrum VII. Papam.*

*Deliberat. du Clerge p. 23. & 82.* Facta hac declaratione generalis Congregatio Cleri Gallicani die secunda Septembris ad Alexandrum VII. Papam sequentes dedit literas:

*Beatissime Pater!*

„Non obscura sunt Divini Numinis  
„consilia, cur Beatitudinem Vestrarum  
„ad Episcopatus apicem, id est, ad  
„Apostoli æ Sedis Principatum, suffi-  
„gantibus omnium votis evexerit. In-  
„tererat quippe rei Christianæ, ut is-  
„unitatem Ecclesiæ his difficillimis tem-  
„poribus regeret, qui pietate sua ex-  
„leste præsidium fidelium gregi prome-  
„reri posset, atque prudentia sua,  
„ac constantia sua fluctus illos fo-  
„perare, quibus Petri navis, cuius  
„clavo feliciter tenendo admotus est,  
„atrociter concutitur. Nos sane, qui  
„a Christo Domino in partem sollici-  
„tudinis vocati sumus, ministerio no-  
„stro id egimus Superioribus annis a-  
„pud felicis memoriæ Innocentium X.

„ut Constitutionem ederet, qua motus Sæc. XVII.  
 „in Galliis excitati ob Jansenii Ypensis A.C. 1656.  
 „quondam Episcopi doctrinam, certis  
 „capitibus comprehensam, compesce-  
 „rentur. Promulgatum a Gallicanis  
 „Episcopis Decretum studiose amplexi  
 „sunt fideles Populi, demptis paucis,  
 „qui de Jansenii doctrina nihil consti-  
 „tutum fuisse, palam cum simularent,  
 „intimis animorum sensibus ex illius  
 „damnatione urebantur. Horum Ca-  
 „villationes sine mora comprimendas  
 „rati, judicio suo decreverunt Reli-  
 „giofissimi Episcopī, quinque Proposi-  
 „tiones illas ad Jansenium pertinere,  
 „ejusque opiniones fuisse proscriptas.  
 „Quam suam Sententiam cum retulis-  
 „sent ad eundem Pontificem Maximum,  
 „illam humanissimis verbis non solum  
 „probavit, sed auctoritatis Apostolicæ  
 „pondere de integro confirmavit, Brevi  
 „dato ad hunc Cleri Gallicani cœtum,  
 „qui tunc propediem cogendus erat,  
 „visi moræ quædam obstitissent. Porro  
 „dum Conventum egimus, primum no-  
 „bis studium fuit tuendæ Religionis,  
 „quam ab infestis Calvinianæ hæreseos  
 „Sectatorum molitionibus vindicare cu-  
 „ravimus, impetrato a Clementia Chri-  
 „stianissimi nostri Regis edicto, quo ne-  
 „farios illorum conatus repressum iri  
 „nobis merito pollicemur. Priorem  
 „curam

Sæc. XVII. „curam exceptit alia illi Germana ob  
 A.C. 1656. „erroris societatem de profliganda Jan-  
 seniana doctrina, Brevis Apostolici  
 „Majestate, quod frequenti cætu legi,  
 „promulgari, in acta redigi, omnium  
 „que subscriptionibus muniri de re-  
 „mus. Eadem sane mentis alacritate  
 „illud suscepimus, qua Concilii Afr-  
 „cani Patres ab ipsis expeditam Zozimi  
 „Epistolam amplexi sunt, quæ Pelagi  
 „atque Cælestii errores, quos clancu-  
 „lum propagabant, peremptorio De-  
 „creto prostravit. Hisdem artibus grad-  
 „santur novæ sectæ Discipuli; ac præ-  
 „terea ut a capitibus suis fulminis Ap-  
 „stolici amoliantur istum (licet obni-  
 „mato animo quinque Propositiones  
 „Jansenio iterum abjudicent) ad fati-  
 „quæstionem, in qua Ecclesiam falli-  
 „posse docent, controversiam deducen-  
 „nituntur: Quas ingeniorum versutus  
 „vera prudentique verborum comple-  
 „xione insregit Breve Apostolicum  
 „quod tricis illis Syllabarum ad um-  
 „bratiles Scholarum disputationes refe-  
 „gatis, decisionisque auctoritate ad ju-  
 „ris quæstionem restricta, doctrinam  
 „Jansenii, quam opere suo illo expli-  
 „cuit, in propositionum confixarum ma-  
 „teria Pontificia Constitutione damni-  
 „tam fuisse declarat. At enim ut se  
 „damnationi subducant, celeberrimum  
 „B. Au-

„B. Augustini nomen obtendunt, cuius Sæc. XVII.  
 „doctrinæ se profitentur esse sectatores: A. C. 1656.  
 „repudiato etiam, si res eorum ita fe-  
 „rant, ipso Jansenio. Hujus tamen  
 „pravas & detortas, quas ad Doctoris  
 „egregii locos adhibent, interpreta-  
 „tiones amplectuntur, sicque Magistrum  
 „illum optimum, a Cœlestino lauda-  
 „tum, dum verbis colunt, adultero  
 „sensu violant, quod a nobis adnotari  
 „oportuit in actis de Brevis promul-  
 „gatione confectis, ut eorum callidita-  
 „tibus iretur obviam, quibus incauto-  
 „rum & simplicium animis illudunt,  
 „acsi Augustinum assererent ipsi, a cu-  
 „jus tamen Sententia pertinaciter di-  
 „scendunt, quæ per Constitutionem de-  
 „iis, quæ sunt Regulæ fidei adversa,  
 „latam constabilita est; sicque in prio-  
 „rem illam fulgurati Janseniani erroris  
 „damnationem recidunt. Totam vide-  
 „remur debellati hostis gloriam in De-  
 „cessorem refudisse; nisi constaret orbi  
 „Christiano, quis tunc fuisset particeps  
 „curarum, & præcipuus rerum admi-  
 „nister, quem Parens optimus ad lau-  
 „dis ex hoc egregio facinore partæ  
 „communionem adscivisset. Decoris  
 „istius pars maxima pertinet ad San-  
 „ctitatem Vestram, quæ quidem cum  
 „suis nunc auspiciis res Ecclesiæ uni-  
 „versæ inexhausta sollicitudine gerat,  
 „illud

Sæc. XVII., illud augere perget mediata & ubi  
A. C. 1656., riore, si opus sit, Catholici dogmatis  
 illustratione. Nos sane officio nostro  
 „non deerimus, nec reliqui Episcopi,  
 „quos Encyclica epistola monuimus de  
 „rebus in hoc Conventu actis, depe  
 „iis, quæ nobis gerenda videntur in  
 „Provinciis, ut Fideles omnes obie  
 „quo suo & usu Constitutionem fr  
 „ment, pœnis alioquin a jure decretis  
 „adversus hæreticos Episcopali judicio  
 „coercendi. Finita est cauſa Rescriptis  
 „Apostolicis, utinam finiatur & error  
 „fi licet verbis Augustini vota nostris  
 „concipere, quorum compotes erimus  
 „si Alexandri VII. Pontificis Maximi  
 „Sanctitas juxta veterem ritum Divino  
 „Numini illa consecraverit, a quo vi  
 „cissim longævitatem Beatitudini Ve  
 „stræ studiosissime postulant, qui sunt  
 „cum ea, qua par est, reverentia &  
 „veneratione. ,,

*Beatissime Pater!*

*Obsequentissimi & devotissimi Filii u[er]o  
 Cardinales, Archiepiscopi, Episcopi, &  
 Ecclesiastici viri in Generalibus Clericis  
 licanis Comitiis congregati,*

§. CIL